

*Dei Collegio pro regno
Cathol. Carolus Philibertus*



PIETAS, & REGNUM.

REGIA SIMVL AC PIA
INSTITVTIO
duas in partes:
Quarum alterâ Orbis Ordo
et Intelligentiae, alterâ
Regimen, et Politica
describuntur.

*Serieris rerum geminis
indice et tabulis*

BRVXELLÆ

Per Φ missu

In officinâ Ioannis Pepermani Typographi
Civitatis, sub Biblijs aureis. An. cœc. xxii.

et pri. Φ uilegio



POTENTISSIMO
REGVM
PHILIPPO QVARTO
MONARCHÆ HISPANIARVM,
INDIARVM, ET NOVI
ORBIS. ETC.



POTENTISSIME REX

PIETATEM & REGNUM, Par ante
te à haud sociabile creditum, dictis ad-
necto; Qualia pridem Gentis Tuæ Au-
gustæ Religiosa Majestas usu conjunxit. Ipse imples,
& Avitis Regiminibus hæc tenus addis. Ita natus es;
Ita inquam à Cœlo, tot ad gubernacula Nationum,
tot ad fastigia Dominationum emissus. Utique qui
latè, qui providè, primis iis adolescentiæ spatiis
Tantus imperas, Quanta senis speremus? Hæc ergò,
anno proximo, cum Arschotano Duce, quem Lau-
datissimi Principes ALBERTVS & ISABELLA
Auspiciis Dignitatis Tuæ delegauerat, ad Te profe-
ctus; adeundo, Pia Conloquia; redeundo, Regia, Cō-

pendia juxta recensui. Quis utrisque, adnato à Ma-
joribus meis obsequio, & fidè, adorare Geniū Tuū
iterum vēni. DEVS OPTIMVS MAXIMVS, ce-
leberrima Initia ista æternū firmet, dum Terras
omnēs, & quicquid reliquum Orbis, REGNO-
simul & PIE TATE concludas.

MAJESTATIS TVÆ

EXOM TH. HUMILLI

Humill. Cliens, Carolus Philippus Hattron,

ХЕЯ СИГИСТИО



PIETAS.

FORTVNATVS.

Vas possum Diis Immortalibus grates habeo, **N**UME-
 & dein tibi; quod Otii & Laris usum, & vitæ **R**VS
 compendia docueris. Tuum quoque id **P**RÆ-
 mium, fo viſſe cōſiliis hominem qui eadem al- **M**VS.
 rā mente conlecta ſecum ubicumque meminerit. Qualia
 enim aut ſuafu, aut jufſu, nuper anteā conlocutus es, cœ-
 pi exſequi.

Primū ergò ſpes meas in **SUPERIS** & **Sapientiā** con-
 locavi. Solatia mentis in eā ipſa: & vacuā à ſcelere & im-
 morfu conſcientiā mecum gaudeo. Firmavi in fortuita
 animum; caſuūmque impetus, quos queſtu & luctu alii
 intendunt, ſiſto remediis, aut de mulceo conſtantia. Pretia
 rerum, præmia hominum, meaſque alienaſque rationes,
 & quod adest, & quod deeft, rectâ æſtimatione diſquiro:
 haſtenus compos, ut appenſo omnium calculo, & à Bonis
 inania diſtinguens, propriis utar, & exteris nihil invideā.

Tua quoque de tuendā valetudine, de modo Libertatis,
 de numero & ſumptu Opum, de Consortio & Amicitiis,
 de studio & cenuſu Fama addita præcepta, ea indui. A cra-
 pulā, & inlicitā venere, a nimis & noxiis exercitiis, ab
 ærumnis & ægritudine, ab irā & curarum pondere mihi
 caveo: & hilari victu die per honesta exacto ſanus decu-
 bo; & iterum, facili ſomno & inturbidis imaginibꝫ lapsa
 nocte, ſanus excitor. Dego liber, & plenifſimi juris; haud
 quia mihi uni plura liceant, at quia meliora lubeant: &

A

quicquid

REGV M.

FORTVNATVS.



Estinatio hodierni conloquii Regia ORDO
est, & hæc Quæstio mea de REGNO. OPERIS
Trita via vestigiis alienis, sed & ego
per propria requiram. Aulica adulat-
tio quoscumque Principes D E OS fa-
cit, liceat mihi Viros facere. Colere
& ferre qualiumlibet Dominantium
jussa, & meas obsequii partes antè
didici: at veluti ex a quo subesse imperiis decet, cur non e-
tiam meliora optasse? Doce ergo consilia REGNI, com-
pendia potentiarum: Qualis Rex, qualis debeat, qualis ipse (si
habenda humeris tuis ea moles) velles institui.

PHILANDER.

Anceps studium, & series inconsulta privatis. De Regi-
bus, quod de DIIS, id dicam, Bonos esse & odisse curio-
fos. Satis est tibi fidâ operâ ea exsequi quæ jubentur: cur
rimeris arcana jubentium, & initia potestatis?

FORTVNATVS.

De Regnante, quo hoc nomine populis præest, ceu de
NUMINE humilis credo; ceu de homine homo sciscitor.

PHILANDER.

Adde tamen temperamenta questioni, ego responsis:
quia herculè impicxæ rationes, & rectas expediat. Alia
enim iudicia Regum, alia plebis; sed caussas status & mo-
menta rerum diversa metiuntur. Tam nescire quam scire